Kropiwniczy Infames

Super citationem literalem Castrensem Capitan Branscen tenoris verborum eiusmodi Franciscus Joannes in Kłoczow Lesniowski Branscensis etc. Capitaneus Vobis Nobilis Martino olim Pauli et Mathiae olim Martini Kropiwnicki ex omnibus bonis vestris Vigore Regia et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut in Terminis Querellarum ac Causarum Officij Capitan. Castri Branscen in Curia Regia Branscensi feria secunda post datam et positionem praesentis citationis prox. cellebrandi primo et peremptorie compareatis Ad instantiam Instigatoris Judicij castri et eius Delatoris Nobilis Bartholomaei filij Nobilis Alexandri Kiersnowski qui vos secundo post obtentam poenam Contumaciae citat pro poenis legum Videlicet Infamiae per vos succubuit ex eo. Quia vos antes manu stipulata ad obeunda honesta servitia militaria addicti certoq. praetio pro anno pridem appretiati habentesq. res multas fidei curae et administrationi vestrae concreditas et commissas non facto calculo de eisdem rebus imo nonnullis receptis profugi discessistis Delatoremq. in servitijs fefellistis et decepistis per quod poenas legum scilicet Infamiae succubuistis ad quas super Vobis et bonis vestris omnibus decernendas et per Altem publicandas citamini Juxta sitis responsuri et Terminum attentaturi. Datum in Bransko Curia Regali feria sexta ante Dominicam Misericordia proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo. Cuius quidem citationis praeinsertae copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Albertus Sekowo ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Kropiwniczy citatorum propriis posuisse et de poena publicasse recognit. Memoratus Actor suprascriptos citatos Ad officium praesentis per Altem Generalem Regni Providum Balthazarum Bistrowski ter et ultra iuris formam vocibus qualiter clamat et non compareat ex Regni ordine ac admissione officij praesentis in lucro poenarum legum Videlicet Infamiae Judicis condemnavit. In vim autem eius

25526

moli condemnationis. Officium praesens Castrense Capitan. Bransconsis visis et con-
siderata citatorum clamat et non comparentium contumacia et temeritate iuri communi et parti
Actoreae affectioni ac contentis citationis inhaerendo super praedictis citatis et bonis eorum
omnibus poenas legum Regni videlicet Infamiae decernit. Et ad publicandum Mlem Glem
Regni Providum Balthazarum Piotrowski addit et deputat. Qui quidem Mlis
praefatus eius suae deputationis referens et eloco publicationis rediens quoniam reco-
gnovit se praefatam poenam Infamiae super praedictis citatis et bonis eorum omni-
bus in foro civitatis Branscensis alta sua praeconica et sonora Voce in prae-
sentia et conspectu multorum hominum protunc congregatorum publicasse pro-
clamasse et notitiae omnium debitae deduxisse. Et tunc Officium praesens causam
hanc cum toto eius effectu ad Officium seu Judicium quodvis Ubicunque iidem
Infames deprehendi et conveniri poterint pro Ulteriori Executione a perso-
na et bonis eorum praemissorum ratione facienda remittit. Decreti praesentis
Vigore.

Perkowska et Piotraszkowa **Banniti**

Super citationem literalem Castrensem Capitan. Branscensem tenoris in haec verba
currentis Franciscus Joannes in Kloczow Lesnowolski Branscensis etc
Capitaneus Nobis Nlibus Hedvigi olim Mathiae Domanowski consorti Nobilis Alber-
ti Perkowski et Dorotheae filiae olim Leonardi Krasowski consorti Nlis Gregorij
Piotraszko in Domanowo certarum sortium possessoribus seu tenutariis ex om-
nibus bonis vestris Vigore Regio et nra Capli authoritate mandamus Ut in Ter-
minis Querellarum ac causarum Officij Capitan. Castren. Branscen. feria secunda
in Curia Regia Branscensi post datam et positionem praesentis citationis proxime cele-
brandis pater et peremptorie compareatis. Ad instantiam Instigatoris Judicij